

37. h

38. g

39. W

40. W

41. —

42. g

43. B

44. W

45. a

46. B

47. O

48. P

Vd. 172.

3.



Contenta in hoc Volumine III. :

37. Hesse, Andr. Petr., commentatio de iuribus Imperialibus in civitate Imperii Wezlarum et castrum Carlsmunt Lud. gravibus Hassae Darmstadinis iure feudi concessis. Götting. 1751.
38. Gunding, Nic. Hieron., de causa et origine unionis seu foederis Electoralis. Halae 1720.
39. Koenig, Joh. Car., dissert. de Archimarschallo Augustae Imperatricis, Marburgi 1745.
40. Wernher, Joh. Balth., de iuribus Vicariorum S. Rom. Imperii in aurea Bulla expressis. Ed. 2. Vitemb. 1717.
41. ——— de Vicariatu dissertatio II., qua iura Vicariorum S. Rom. Imperii in aurea Bulla non expressa vindicantur. Ed. 2. Vitemb. 1717.
42. Griener, Mich. Henr., observationes de sigillo Imperatoris sacro. Ed. 2. Vitemb. 1718.
43. Böhmer, Just. Henning., dissert. de Episcopo Vice-Cancellario Imperii. Halae 1731.
44. Waldschmidt, Joh. Wilh., dissert. de Augustae Imperatricis Archi-Cancellario. Marburgi 1715.
45. a Bunau, Henr., de iure Imperatoris atque Imperii Romano-Germanici circa maria. Lipsiae 1744.
46. Baudis, Gottfr. Leonh., Monogrammatum Imperatorum ac Regum Germanicorum a Carolo M. usque ad ex-cessum Conradi III. analysis et usus in probationibus. Lipsiae 1737.
47. Otto, Evr., disputat. de Comitibus Palatii Trajecti ad Rh. 1734.
48. Pütter, Joh. Steph., de semisse Comitiorum et supremac in S. R. G. potestatis doctorum iuris publici antiquiorum fragmento commentatio. Göttingae 1769.

49. Baudis, Gottfr. Leonh., ad analysin Monogrammatum  
Imperatorum et Regum Germ. praeparatio. Lipsiae  
1737.
50. Born, Jac. Henr., epitilegium observationum de potestate  
iuris dicendi cum Archimareschallatu Saanenico  
copulata. Lipsiae 1773.
51. Lamey, Ernst Andr., Nou dnu Uryš sūuagn dnl Lfür-fföl,  
ziffu Unist-Nica rickl. Ma ulspicu 1790.











S P I C I L E G I V M  
O B S E R V A T I O N V M


DE

P O T E S T A T E I V R I S I D I C V N D I

C V M

A R C H I -  
M A R E S C H A L L A T V  
S A X O N I C O

C O N S U L A T A



P R O

S V M M I S I V R I S S C I E N T I A E H O N O R I B V S

O B T I N E N D I S

A D D I S C E P T A N D V M P R O P O N I T

J A C O B V S H E N R I C V S B O R N

L I P S I A E A . D . X X I I . A P R . A . C . N . C I D I C C L X X I I I .



E X O F F I C I N A B R E I T K O P F I A



SERENISSIMO  
PRINCIPIS AC DOMINI  
DOMINO  
FRIDERICO  
AVGVSTO  
DVCI SAXONIAE  
IVLIAE CLIVIAE MONTIVM  
ANGRIAЕ & WESTPHALIAE  
SACRI ROMANI IMPERII  
ARCHI-MARESCHALLO  
ET PRINCIPIS ELECTORIS  
LANDGRAVIO THVRINGIAE  
MARCHIONI MISSIAE AC VTRIVSQUE LVSATIAE  
BVRGGRAVI MAGDEBVRGI  
COMITI HENNEBERGICO PRINCIPALI DIGNITATE  
ORNATO  
COMITI MARCHAE RAVENSBERGAE BARONE  
ET HANOVIAE  
DYNASTAE RAVENSTEINI  
DOMINO OPTIMO  
CLEMENTISSIMO



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and mostly illegible due to fading and bleed-through. Some words are faintly visible, such as "R. I. D. W. R. T. O." and "A. V. G. V. S. T. O.".



SERENISSIME PRINCEPS  
ELECTOR

DOMINE CLEMENTISSIME

**V**t ad pulvinar TVVM, DOMINE,  
qualecunque hoc specimen academicum sup-  
plex deponere auderem, prima ex ipso argumen-  
to nata est fiducia. Nam quae de insigni prae-  
rogativa AVGVSTAE DOMVS, quae  
cum Archimaresballatu S. R. I. artificio nexu  
copulata est, ex rerum gestarum tabulis et le-  
gibus eiusdem imperii petita commenzari hoc  
tempore instituo, ista omnia ad TE potissimum,  
SERENISSIME ELECTOR, iure  
optumo maximo pertinere videbantur: quemad-  
modum a me nihil iucundius meisque rationibus  
accom-

*accommodatius suscipi potuit; quam isthoc tyro-  
cinio primam simul congenitae pietatis quasi tesse-  
ram exhibere atque monumentum statuere. San-  
ctissime autem spondeo, me in id sedulo esse eni-  
surum, ut ad nutum TVVM me totum mea-  
que omnia obseruantissime componam, atque hoc  
pietatis venerabundae studio eximiis clementiae  
TVAE documentis, quibus me nuper, commen-  
dantibus summis et sagacissimis ingeniorum Sa-  
xoniorum arbitris, ornasti, aliquando non pror-  
sus indignus videar. Faxit supremum nimen, ut,  
TE viuo atque incolumi, gloria SERENISSI-  
MAE DOMVS perennet, et patriae salus con-  
tinua cuiuscunque felicitatis affluentia stabiliatur.*

SERENITATIS TVAE  
ELECTORALIS

*subiectissimus atque obseruantissimus  
Iacobus Henricus Born*



SPICILEGIUM OBSERVATIONVM  
DE  
POTESTATE IVRIS DICVNDI  
CVM  
ARCHI-MARESCHALLATV SAXONICO  
COPVLATA.



**P**erantiqua sunt Archimareschallatus Saxonici in rerum gestarum tabulis vestigia, eo iam tempore, quo exercitium palatinorum officiorum nulli adhuc principum familiae perpetua collatione inhaesit. Adeo scilicet principes Saxoniae non modo artium et belli et pacis gloria, sed potentia quoque super caeteros eminebant, vt, qui honoribus regis sola in liberam gentem indulgentia <sup>1)</sup> abstinere

1) De prima aetate Saxonum tam eorum, qui ad oram Baltici maris habitarent, quam caeterorum, qui trans Oceanum colere BEDA *Hist. eccles. Gentis Angl. Lib. I, Cap. 15. pag. 52. et Lib. V.*

*Cap. 10. p. 192. ed. Io. Smithii Cantabr. 1722. fol. Non enim habent regem, inquit, iidem antiqui Saxones, sed satrapas plurimos suae genti praepostos, qui ingrante belli articulo mittunt aequaliter*

abstinere viderentur, in curiis praesertim Imperatorum Romano - Germanicorum solemnibus regum loco <sup>2)</sup> optimo iure haberentur. Ex quo autem certam ac stabilem formam accepit Archimareschalli munus, nec exercitii splendore absoluebatur, egregias simul consequutum est iurium praerogativas, quibus enodandis vindicandisque Iureconsulti celeberrimi, qui vel de officiis S. R. I. aulicis generatim <sup>3)</sup> vel de Archimareschallatu in specie commentati sunt, operam

*ter sortes, et quemcumque fors ostenderit, hunc tempore belli Ducem omnes sequuntur, et huic obtemperant, peracto autem bello, rursus aequalis potentiae fiunt stratrayae omnes.*

POETA SAXO ad ann. 772. ap. LEIBNIT. *Scriptt. Brunsv. T. I. p. 121.*

*Quae nec rege fuit saltem sociata sub uno*

*Ut se militiae pariter defenderet usu,  
Sed variis diuisa modis plebs omnis habebat*

*Quot pagos, tot paene duces.*

Plenius hoc argumentum excussere, PAVLVS RAPINVS DE THOYRAS *dissertatione peculiari ad calcem Tomi I. Hist. Angl. et SAM. SQVIRE Archi Diaconus Bathensis in libro, qui inscribitur: Enquiry into the foundation of the English Constitution or an historical Essay upon the Anglo-Saxon Government both in Germany and England.* Lond. 1745. 8. Epitomen v. dans la *Bibliothèque raisonnée T. XXXVI. P. I. p. 52. Add. III. 10. HENR. IVNGII histor. Antiquit. Bentheim. Lib. I. Cap. 7. p. 40. sq.* De sequiori aetate diuersa sunt diuersorum iudicia. Vuittekindus vtrum regis an ducis titulo vsus sit, in vtramque partem passim disputatum est, nec meum tantas componere lites. Vid. tamen 10. GEO. ECCARDI *Hist. Genet. Princ. Sax. Super. Cap. I. Stemm. Vuittekindi §. 20. pag. 12. et CHR. LVDOV. SCHEIDII dissert. de Augustissimo Imp. Sax. Stemmate in Orig. Guelphicis Tom. II. diff. 4. pag. 364. sq.*

<sup>2)</sup> SEPTEM sane REGES A CAESARE CORONIS ORNATI, QVORVM VNVS GLADIO DISTRICTO EQVVM CAESARIS PRAE-

CEDERET A IOSEPHO GORIONIDE lib. VI. cap. 77. pag. 341. ed. Oxon. cura 10. GAGNERII commemorantur. Hoc quidem encomio Principes Electores in Coronatione Imperatoris Teutonici Romana praesentes designari post IAC. BASNAGIVM *Histoire des Juifs Tom. V. pag. 1561. et CASIM. OVDINVM Comm. de Scripioribus et scriptis Ecclesiasticis Tom. II. p. 1043.* obseruarunt HENR. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG *in den Gedanken von dem sekhften Gebrauche des uralten deutschen bürgerlichen und Staats-Rechts in nachherigen Gesetzen und Gewohnheiten etc.* Cap. III. §. 58. pag. 144. et III. ac Celeberr. 10. DAN. AB OLENSCHLAGER. *Erl. der G. B. §. 72. pag. 279. sq.* Descriptionem istam de Coronatione Ottonis I. vel II. intellegendam esse suspicatur OVDINVS l. c. De aetate autem scriptoris, cui personam FLAVII IOSEPHI deirahunt BASNAGIVS, OVDINVS, GAGNERIVS aliique, plenissime constaret, modo amplius superesset 10. PASTRIII tract. de *Josepho Gorionide et auctoritate historiarum eius hebraice scriptae* quem desiderat 10. CHRISTOPH. WOLFFIVS *Bibl. hebr. T. III. p. 384.* Eum Saec. X. exeunte aut Saec. XI. vixisse conicit BASNAGIVS l. c. pag. 1563. quem plures sequuntur. Conf. 10. CLERICI *Bibliothèque choisie T. XXIII. pag. 169. sq. et Tom. XXV. pag. 43. f. 10. ALB. FABRICII Bibl. gr. lib. IV. c. VI. §. 15. p. 259. f.*

<sup>3)</sup> Succinctam Scriptorum de Officiis S. R. I. aulicis notitiam *Dissertationi de Tris Camerario S. R. I. e Diplomatibus restituta* (edit. 1736.) praemittit Celeberr. HENR. GOTTLOR FRANCKE.



operam impenderunt. Illorum, quantum mihi innotuit, princeps sane habetur HERMANNVS CONRINGIVS 4) vir saeculi sui primarius, de iuris scientia publica praecipuis immortaliter meritis. Successere IOANN. CHRISTOPH. WAGENSEILIVS 5), quem mirum non est CONRINGII labores ignorasse, quum ipse diuersi generis compilationibus distraheretur, dein GVIL. LVDOV. HOENO 6), IO. GVIL. DE GOEBEL 7), et IO. IAC. MASCOVIUS 8). Iura Archimareschalli separatim tractarunt AVGVSTVS ADOLPHVS AB HAUGWITZ 9), CONR. FRIEDER. REINHARDVS 10), IO. GODOFR. KRAVSIVS 11), IO. ANTON. KVHNIVS 12), IO. DAV. KOELERVS 13). Ne quis autem me post tot Homeros Iliada scribere velle opinetur, vnicam quali gemmam e plurimis Archimareschallatus ornamentis decerpere constitui, ad cuius vberiore illustratorem vnum alterum conferri posse visum est. Num successerit ex voto conatus iuuenilis penes aequum lectorem esto iudicium.

## OBSER.

4) *Diff. de Official. Imp. Rom. Germ. Resp.* CONR. FRIDER. a BVRGSTORFF habita ao. 1669. §§. 13. et 16. in *Ej. Opp. Vol. II. p. 771. sq.* edit. Brunsv. 1730. fol.

5) *Comm. de S. R. I. summis Officialibus et Eorundem Subofficialibus Alteri Nor. 1686. Capp. VIII. et IX. a pag. 49. ad 151.* Eum libelli Conringiani ignarum fuisse verbis ipsius intellegitur Cap. I. pag. 5: *Quia nemo vnus, inquit, quantum quidem cognitum habemus ante nos eum singulari aliqua cura in hoc argumentum ex professo versatus est, periclitamur nonnihil vires. etc.*

6) *Diff. de S. R. I. Archi- et haereditariis Officiis etc.* Giesae 1701. 4.

7) *Disquis. de Origine Archi- Offic. S. R. I. et inprimis Archi- Thesaurario edit. Hanoverae 1710. recens. Lips. 1735.*

8) *Diff. de Originibus Officiorum Aulicorum S. R. I. habita 1718. ff. 33-36.*

9) *Tract. de Regni et Aulae Mareschallii. Budissae 1690. 4.* quem vestigia Mareschallorum in omnibus fere regnis collegisse, sed capiti de Mareschallo Imperii nihil plane illustrationis attulisse observat IO. PETR. A LVDEWIG *Comm. ad A. B. Tom. II. Tit. XXVII. p. 667.*

10) *Diff. de Officiis Imperii Saxonici, habita primum Ienae 1712.* Praeside BVRCH. GOTTH. STRVVIQ, recusa dein anno sequenti, omissa scriptionis academicae forma et praefatione STRVVIQ ornata.

11) *Diff. de Iurisdictione in legatos statuum eorumque Comites Archi-Mareschalls compositae habita 1732. recuf. Viteb. 1746.*

12) *Diff. de Iurisdictione Mareschallorum in S. R. I. Erfordiae 1738. praepriis Sell. I. et Sell. II. Membr. I.*

13) *Diff. de Ducis et Principis Electoris S. R. I. Archi-Mareschalli singularibus functionibus in Electione et Coronatione Imperatorum. Gotingae 1746.*

B

## OBSERVATIO I.

ORIGINES ARCHIMARESCHALLATVS,  
QVIBVS FVNDAMENTA POTESTATIS IVRIS  
DICVNDI CONTINENTVR.

## §. I.

Non inhaerebo etymologiae vocis, quam constat alios e Gallia <sup>1)</sup> alios ex Italia <sup>2)</sup>, alios non sine praecipua specie veritatis e Germania <sup>3)</sup> arcessiuisse. Instituti autem ipsius, quemadmodum aliorum bene multorum, quae apud diversas gentes ad pompam aulae pertinerunt, si non clara vestigia, certe incunabula ex vltima possent antiquitate regumque Persarum atque Parthorum palatiis repeti. Quum enim nihil tam naturale sit, quam ut illi, quibus cura palatii ordinandi commissa est, ad similitudinem aliorum, quae loco aliquo et numero habebantur, suum componant, quid mirum, quod caeremoniae fere vbiuis haud multum diffares, similiaque aulae munia occurrant. Vix igitur rationes

1) A verbo *Maire* i. e. *Maitre de Cheval* vid. ETIENNE PASQUIER *Recherches de la France lib. VI. cap. 51.* Ea quidem deriuatio inprimis placuit CAROLO OTTONI RECHENBERGIO in *Progr. de Illust. Natal. Vicariatus Saxonici ex Archi Mareschallatu.* Add. MENAGIVS *Orig. lingu. Gall.* voce: *Maréchal.*

2) A voce *Matiscalco* vid. OCTAV. FERRARIUM in *Orig. lingu. Ital.*

3) a *Marack* et *Schalch* vid. CAROLI CANGII *Gloss.* (ed. Paris. 1733. Fol.) *Tom. IV. pag. 534.* voce *Marschallus*, in cuius auctoritate, quam inter eruditos sibi conciliauit, merito acquiescendum esse videtur. MARVILLIUM modo, quo ficto nomine vsus est PETRUS ARRAGONEN-

sis, audiamus in opere suo, quod inscribitur: *Mélange de littérature Tom. I.* de illo Glossario scribentem: *Quantum rerum, inquit, quantum exemplorum! quantum antiquitatis tenet! Nihil est, quod dicere velis, quod ille docere non possit. Mihi certe, quoties aliquid abditum quaero, thesaurus est. Jam quanta sermonis ejus fides? Quanta auctoritas! quam pressa et decora cunctatio! Quid est, quod non statim sciat? Et tamen plerumque haesitat, dubitat diuersitate rationum, quas acri magnoque iudicio ab origine causisque repetit, discernit, expendit. Conf. IO. NIC. HERTII *Notitia Vet. Franc. Regni usque ad excessum Ludov. Pii pag. 12.**

tiones eorum inanes et male subductas dixeris, qui dignitates Marefchalli officio Praefecti Praetorio <sup>4)</sup> sub Imp. Romanis assimilare student, quem ipsum in locum Magistri Equitum, qui libera re publica latus dictatoris clauderat, successisse aiunt <sup>5)</sup>. Plures tamen in numero dignitatum aulae Byzantinae <sup>6)</sup> officio Magni Domestici vel Protofratoris

B 2

4) Plura quidem officio Praef. Praet. quod ἀρχὴν δευτέραν μετὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ ζοσίνου Lib. II. *hystor.* p. 108. ed. Oxon. appellauit, inhaerebant, quae pariter dignitatem Marefchalli constituunt. Bellicas enim res non modo tractabant, sed omnium fere causarum in aulam deductarum arbitrium penes eos consistebat. vid. GUIDO PANCIROLLVS *Notit. Dign. Cap. V. ap. GRAEV. Thes. Antiqu. Tom. VII. pag. 1350.* Ensis quidem in processione Imperatoris ferendi potestatem eos exercuisse, asserentibus licet non DAD. ALTESERRA *de ducibus et Comitibus Galliae prov. Lib. III. Cap. 7. pag. 230 sq. edit. Tolos.* et IO. PETR. A LVDEWIG. *Comment. ad A. B. Tom. II. Tit. XXII. pag. 284.* in dubium recte vocatur. Praefectos Praetorio suscepta expeditione bellica commeatum exercitui procurasse et tentorium locandorum curam habuisse testatur CONSTANTINVS PORPHYROG. *περὶ θημάτων Lib. I. in Ej. Opp. (Lugd. Bat. 1617. 8.) pag. 2 sq.* A Constantino quidem dignitas Praef. Praet. imminuta est, quod a potentia eorum metuendum esse exemplo Maaxentii didicisset. Honores igitur praefecturae inter quatuor diuisi et militare imperium magistris militum mandauit. Politiae denique potorem in vrbibus partem ad Praef. Praet. tempore Imp. Iustiniani pertinuisse, lectione *Novellae CXXXVIII. cap. 15.* addiscitur. At tamen non extare nostris temporibus dignitatem, quae cum Praefectis Praet. componi queat, notat GUIDO PANCIROLLVS *l. c. p. 1355.* Eos, labente imperio, Praefectos stabuli ditos esse, obseruat POMPONIUS LAETVS *lib. de magistrat. Rom. Cap. 8.* cui se haud facile credere IAC. GUTHRIUS scribit *de officiis domus Aug. Lib. II. Cap. I. pag. 251. edit. Paris.*

Fridericum Sapientem in prooemio diplomatistae, quo Statuta vniuersitatis litterariae Vitebergensis confirmauit, a 1502. *S. R. I. Praefectum Praetorio* se appellasse obseruat MICH. HENR. GRIBNERVS *Opusc. Iur. Publ. Tom. III. pag. 68. sq.* vbi existimat, munus esse vocabulo supremae olim dignitatis non ineleganter expressum, licet in hoc origine illius officii quaerere non conueniens videatur etc.

5) Ita sane AVRELIUS ARCADIVS CHARISIVS Magister libellorum libro singulari *de officio Praefecti Praetorio* in l. vn. pr. ff. *de Offic. Praef. Praet.* a quibusdam notat scriptoribus esse traditum, quem locum copiose illustrat M. AVGVSTINVS CAMPANVS *de officio et potestate Magistrat. Rom. et iurisdiotione Lib. I. Cap. XLII. XLV. pag. 127. sq.* ignarus tamen commentationis egregiae, qua iam ARN. DRACKENBORCHIVS *de officio Praef. Praet.* meruit, Trai. ad Rehn. 1707. recula in GERH. OELRICHS *Thes. dissertu. iurid. in Acad. Belgicis habitatum Vol. II. Tom. II. pag. 49. sq.*

6) GEO. CODINVS Curopalata *de Offic. Constantinopol. Cap. 5. n. 4. pag. 61. A.* edit. Paris: ὁ μέγας Δομestικος ἐνδοξοῦται εἰς τὸ Φάσακτον ἀπὸν κεράλῃ: Magnus Domesticus est caput in fossato h. e. in exercitu vniuerso, prouti interpretatur IACOB. GRETSERVS *Observ. in Codinum lib. II. cap. 5. pag. 202.* Imperio quidem Constantini VI, quem Copronymum vulgus Clericorum cognominauit, incrementa dignitatis Magni Domestici tribuit IAC. GOARVS *ad CEDRENUM pag. 46.* et ad priuatam magis palatii imperialis curam, quam ad militare et publicam, pertinuisse munus credit. Exer-  
citus,

toris typum Mareschallatus assignant. Etenim ius gladii ferundi in Imperatoris incessu ordinandique ea, quae ad pompam et instructum palatii pertinerent, Magno Domes- tico eoque absente Protofratori competiit.

§. 2.

exercitui senescente demum imperio prae-  
fectum fuisse, existimat IUL. CAESAR BY-  
LENGERVS de Imperatore et Imperio Rom.  
lib. VIII. cap. 9. pag. 656. Omnia tamen  
ista meris nituntur coniecturis, et auctores  
quoque fluctuant de loco, quem in ordi-  
ne palatii Magnus Domesiticus occupavit,  
quandoquidem alii eum proximo post  
Ducem loco collocant, alii Πρωτοστράτηγον  
et Protoestiarium medios inter vtrum-  
que statunt, MATTHAEVVS medicus mo-  
nachus et sacerdos, de officio Palatii Con-  
stantinopolitani, quem ex Bibl. Mazari-  
na protraxit atque CODINO iunxit IAC.  
GOAR pag. 39. A: τῆς δὲ δευτέρας sc. πρυ-  
τάδος, scribit, μέγας δὲξ, μέγας δομεσ-  
τικός τε, ὁ Πρωτοστράτηγος πρίφουκς etc. Pa-  
rum distat auctior dignitatum Byzanti-  
narum Catalogus ex octo circiter Regiis  
MSS. ad iniuicem collatis exscriptus ap-  
CODINVM pag. 56. Circa medium Saec.  
XIII. Michaelē Palaeologo imperante, se-  
cundus a Caesare fuit magnus Domesiti-  
cus. NICEPHOR. GREGORAS Hist. Byz-  
tant. lib. IV. Cap. I. Segm. 2. p. 46. A.  
edit. Paris. Sed desines hanc scriptorum  
discrepantiam mirari, si legas CODINVM  
C. II. n. 5. 6. p. 17. sq. Magnus deni-  
que Domesiticus Spathae ferundae ius ha-  
buit, atque eo vel impedito vel absente  
munus illud Protofratori obtigit. CODI-  
NVS Cap. V. pag. 61. B. ὁ Πρωτοστράτηγος  
τῶ μεγάλου Δομεστικῷ ἀπόντος φέρει τὴν  
τῶ βασιλέως σπάθην. Nam et hic illustri  
apud exercitum loco fuit, et sub exordium  
muneris princeps eorum, qui copias  
praeibant, vt loca militibus ducendis et  
castris locandis deligerent. LEO in Ta-  
licis Cap. XIV. n. 81. Officio Curopala-  
tes, cuius partes describit THEOPHYLA-  
CTVS SIMOCATTA Hist. lib. III. cap. 18.  
pag. 87. ed. Paris, et EVAGRIVS Hist.  
Eccles. lib. V. c. I. pag. 419. ed. Mogunt.

verbis: Ἰουλιὸς τὴν Φυλακὴν τῆς αὐλῆς  
ἐμπεισιευμένος, ὃν κυροπαλάτην ἢ Ρωμαίων  
λέγει Φωνή dignitatem Mareschallis affi-  
milat 10. MICH. WEINRICHIUS Re-  
ctor Lycei Meinungenfis prolusione gym-  
nastica edit. 1723. quae inferibitur: Hi-  
storische Anmerkungen über die hohe Di-  
gnité eines Marschallen etc. Sed mul-  
tum errarunt, qui a σπαθαρίος vel σπαθα-  
ρίος, i. e. a custodibus corporis Imp-  
Byzantinorum originem ducunt dignita-  
tis Mareschallatus. Sic quidem commi-  
serunt WAGENSELIUS, SCHWEDERVS,  
THVLEMARIUS, KVLPISIUS, REINHAR-  
DVS, TOLNERVS, SCHVRZFLEISCHIVS,  
Σπαθαρίος enim explicat CAROLVS HAN-  
NIBAL FABROTTVS Gloss. interpret. ob-  
scur. Verb. CEDRENI, esse satellitem, qui  
spatham seu ensē gestaret. THEODO-  
RETVS Ep. 110. ὡς εἰδέξο γράμματα καὶ  
τῶ μεγαλοπρεπέστευ σπαθαρίος καὶ τῶ ἐνδο-  
ξοτάτη ἀπὸ μαγιστρῶν. Spathaferii munus  
in comitatu Ottonis I. Imp. dum Romae  
esset, Ansfridum obiisse, DITMARVS re-  
fert Lib. IV. ap. LEIBNITIVM Scriptt.  
rer. Brunsv. Tom. I. pag. 354: Non mi-  
nimum confusus in iuvene fecit eum  
spathaferium suum, dicens: Dum ho-  
die ego ad sacra limina Apostolorum  
perorabo, gladium continuo super ca-  
put meum teneto. Conf. Ill. et Celeberr.  
IO. DAN. ab OLENSCHLAGER Diss.  
de Orig. Iuris Publ. Imp. Rom. Germ.  
sub Imp. Sax. (Lips. 1732.) §. 25. p. 39.  
Ansfridum autem eundem esse suspicor,  
quem a patruo ὀμόνυμω, fratre reginae  
Mathildis, e Vuittichinde sanguine or-  
tae, Brunoni Archi-Episcopo Agrippi-  
nensi ad res militares traditum esse, ex  
DITMARO restituito lib. IV. pag. 354. ob-  
servat 10. GEO. ECARDVS Hist. Gen. et  
Princ. Sax. Sup. Cap. IV. Stemm. Vuittichindi M. pag. 30.

§. 2.

Propiorem Marefchallatus originem ex ipfa Germania repetendam, regiminis antiqui <sup>1)</sup> forma prodere videtur. Erat quidem diuturno in illa vfu receptum, vt, qui Duces vel Rectores nationis lecti effent, victui fuorum, dum in castris commorarentur, providerent. Apparatus, quos largos fed incomtos praedicat TACITVS <sup>2)</sup>, comitibus pro stipendio cedere, idem perhibet. Inde fagaciffimus antiquitatis patriae inueftigator Illuftris OLENSCHLAGERVS <sup>3)</sup> menfae dapibus refertae cellaeque vinariae primores Germanorum magnam curam adhibuiffe, et generofis praefertim equis ftuduiiffe, obferuat. Enimuero, quum ii, quibus haec fingularum rerum procuratio mandata erat, principis latus continuo clauderent, officia Dapiferi, Pincernae ac Marefchalli inde orta effe videntur, quibus aequae ac Camerario mox potiores in regimine partes assignatae <sup>4)</sup> funt.

§. 3.

In Aula Regum Francorum, qui a Meroueo genus trahunt, officium Comitum Stabuli <sup>1)</sup> cum dignitate Marefchallorum

B 3

lorum

1) Germanicos reges, quum prouinciis olim Romanis imperarent, Romanas confuetudines imitatos, paffim etiam splendorem aulae Byzantinae aemulatos effe, post HERM. CONRINGIVM in Not. ad *Lampadium de Rep. P. III. Cap. IV. §. 23. in Ej. Opp. Tom. II. pag. 129.* obferuat. 10. IAC. MASCOVIUS *Diff. de Officiis Aul. Imp. §. 3.* Verum erroris arguit eos, qui, quoties de officiis regni Germanici fermo incidit, ftatim ad prisca Occidentis et Orientis instituta prouocant, ac fi demum cum Imperii Romani titulo in Germaniam immigraffent.

2) *De moribus Germ. Cap. XIV.*

3) *Neue Erl. der güldenen Bulle Kaifers Carli des vierten, pag. 37.*

4) Confenfum eorum in donatione adhibuiffe videtur Otto III. Imperator, cuius tabulas x. Kal. Febr. A. D. 1001. confignatas exhibet 10. GEO. ECCARDVS *Hift. Geneal. Princ. Sax. p. 295.* in quibus haec verba leguntur: *quia ad perfectum noftrae voluntatis sine MAGNATORVM NOSTRORVM CONSILIO peruenire prohibiti fumus.* Add. *Celeberr. OLENSCHLAGER l. c. pag. 40. et 48.*

1) Vid. CAROLI CANGII *Gloff. in v. comes stabuli.* Haec quidem appellatio iam pridem in aula Byzantina fuit cognita. *L. 29. Cod. Theod. de Annona et tributis: Sportularum autem nomine, quae Comiti Sacri stabuli praeflabantur,*  
,, nihil

lorum geminum germanum celebratur. Passim et Constabularii, Comestabilis seu Connestabilis nomen gerit. Is antiquitus equis regiis praeerat <sup>2)</sup>, deinde ad dignitatem ducis exercitus peruenit <sup>3)</sup>. GREGORIUS TVRONENSIS Thesaurarium, scribit <sup>4)</sup>, Chlodouei a Cuppane Stabuli Comite de Biturico retractum vinctumque Reginae transmissum esse. Non minus alio loco Chuppan, qui quondam Comes stabuli Chilperici Regis fuerat, occurrit <sup>5)</sup>. Sunnegifilum denique Comitem stabuli Childeberti Regis idem commemorat <sup>6)</sup>.

## §. 4.

Comitum stabuli dignitas in aula Caroli M. eiusque successorum mansit, nomine Mareschallorum passim insignita <sup>1)</sup>.

Fre-

*nihil inferendum. L. 3. Cod. Theod. de Equorum Collat: „In tribuendis Viris Clarissimis Comitibus stabuli sportulis — seruari consuetudinem decernentes.*

<sup>2)</sup> Vid. ILL. AVCTOR libri egregii, qui inscribitur: LES ORIGINES, ou l'ancien Gouvernement de la France, de l'Allemagne & de l'Italie Tom. III. lib. VIII. Cap. V. §. 5. p. 32.

<sup>3)</sup> Vid. CAROLI CANGII Gloss. in v. comes stabuli. Connestabilem Gallicum in coronatione regum illustri Mareschalli officio fungi et gladium inprimis in illa solemnitate ante regem gestare, ex actis coronationis Henrici II. anno 1547. d. 23. Iulii et Caroli IX. anno 1561. d. 15. Maii probauit THEODORVS GOTHOPREDVS in libro a DIONYSIO GOTHOPREDO edito, qui inscribitur: *le Ceremonial Francois* Tom. I. p. 285. 291. et 313.

<sup>4)</sup> Hist. Franc. V. 40.

<sup>5)</sup> L. c. X. 5.

<sup>6)</sup> L. c. IX. 38. Eius consilii, inquit, socius regina pronunciat Sunnegifilum Comitem stabuli et Gallomagnum Referendarium atque Droctissum, qui ad statium Septiminae ad nutriendum regis paruulos fuerat datus. Atque his inprimis verbis LEHMANNVS Chron. Spir. Lib. II. cap. 13. in eam sententiam adducit.

ductus est, vt Comitem stabuli reliquos aulae Francorum officiales rexisse alicuerat. Nec temere. Referendarii enim, cuius secundo a Comite stabuli loco fit mentio, munus valde illustre fuit, annuli regii custodia insignitum. GREGOR. TVRON. lib. V. cap. 3. *Siggnem referendarium nominat, qui annulum Regis Siegeborti tenuit.* Vrsicinum reginae Vltrogotthae Referendarium commemorat IDEM Lib. V. c. 42. et Lib. X. c. 19. Referendarios subscriptionem regis literis apposuisse perhibet, vt eos munus Cancellarii fere sustinuisse dubitari non possit. IACOB. CHIFFLETIVS etiam in *Anastasi Childerici* Cap. 8. pag. 120. edit. Antwerp. 4. multis exemplis confirmat, sigillorum custodes sub prima regum Francorum stirpe interiores principum fuisse amicos. Conf. 10. NIC. HERTII *Notitia Vet. Franc. Regni vsque ad excessum Ludou. Pii* §. II. pag. 71. et HIERON. BIGNON *Not. ad Marculphum ap. STEPH. BALZIVM Capit. Regg. Franc. Tom. II. pag. 912.*

<sup>1)</sup> Leges EDWARDI CONFESSORIS seu additamenta ad easdem Cap. 35. de Heterochiis Anglicis: *Dulores exercitus apud Gallos Capitulares Constabularii vet. Mare.*

Frequentissima tamen eo tempore, REGINONE auctore 2), *Constabuli* fuit appellatio. Neque illud silentio praetereundum mutata officiorum, quibus Aula Meroucadum splendebat, ratione, quatuor tamen Camerarii, Dapiferi, Pincernae et Mareschalli dignitates retentas esse 3), manifesto indicio, non exili polluisse apud regem auctoritate.

§. 5.

Et illorum quidem quatuor officiorum, quae necessitatibus quadam lege in ipsa Germania orta (§. 2.) in quibus auctem ordinandis nonnulla a splendore Imperii tum Occidentalis tum Orientalis (§. 1.) absque institutis Regum Francorum (§. 3. et 4.) repetita esse videntur, prima in electione Ottonis M. eaque satis obscura mentio occurrit. VVITICHINDVS 1) CORBEIENSIS *Divina*, scribit, laude *di-*  
*ta*

*Marescalli exercitus dicebantur.* Vid. DAV. WILKINS *Collection of old British Laws*, London. 1721. fol.

2) Lib. II. Chron. ap. IO. PISTORIUM *Scriptt.* (edit. Francof. 1613.) Tom. I. p. 36. *Burehardum Comitem Habuli sui, quem corrupte CONSTABVLVM appellamus, cum classe misit in Corsicam etc.* Constabularii Gallici antiqua mentio inter officiales aulae Byzantinae videtur occurrere. Celebratur enim δ μέγας Κοντοσταύλος, quem perhibet νεφέλη των Ποταμών των Φοδύρων *caput Stipendiariorum Francorum* GEO. CODINVS *Europalata Cap. V. n. 23. p. 63.* add. IAC. GRETSERI *Observat. ad CODINVM lib. II. cap. 2. p. 189.*

3) POETA SAXO *Annal. Caroli M. ad an. 782.* apud LEIBNIT. *Scriptt. Rer. Brunsv. Tom. I. pag. 131.*

*Vnde Palatinis ad se tribus ipse vocatis*

*Principibus, quorum fuerat CAMERARIVS VNVS*

*Regni Adalgisus, Geilo STABVLI COMES alter*

*Daliores exercituum fore iussit eosdem.*

EGINHARDVS *in vita Caroli M. cap. 9. pag. 54. edit. Schminck. 4.* In eo praefatio *Eghardus seu Ekhardus REGIAE MENSÆ PRAEPOSITVS Anselmus Comes Palatii et Rutlandus Britannici littoris praefectus cum aliis compluribus interficiuntur.* *Annales Rer. Franc. a Carolo M. gestarum ad ann. 781.* apud LEVCKFELD. *Scriptt. pag. 151: Electi ac directi sunt ad hanc legationem de parte Pontificis Formosus a parte Damasus Episcopi, et de parte Regis Richolfus Diaconus atque Eberhardus MAGISTER PINCERNARVM.* Conf. CONR. FRID. REINHARDVS *Dissert. laud. Sect. II. §. 2. n. 5.*

1) *Annal. lib. II. ap. HENR. MEIBOM. Scriptt. Tom. II. p. 643.* Quid quod nec vetustius curiae imperialis exemplum a diligentissimo istius argumenti interprete CHR. GODOFR. HERMANNO, cuius amicitiam magni facio, *Diff. de Curis Imperat. et Regg. Germ. solemnibus earumque a Comitibus Imperii differentia §. VI. p. 13.* potuit deprehendi. Causam et rationem illius solemnitatis ingeniose satis repraesentavit

ita — descendebat rex ad palatium et accedens ad mensam marmoream regio adparatu ornatam, resedit cum Pontificibus et omni populo. Duces vero ministrabant, Lothariorum dux Gieselbertus, ad cuius potestatem locus ille pertinebat, omnia procurabat; Euerardus mensae praeerat, Herimannus Franco Pincernis, ARNULFVS 2) EQVESTRI ORDINI ET ELIGENDIS LOCANDISQVE CASTRIS PRAEERAT.

## §. 6.

Neque tamen haec officia ab initio certis familiis vel principibus certis inhaeserunt, sed pro lubitu Caesarum distributa sunt 1). Sane quum Carolus M. Griloni siue Geiloni Stabuli Comiti eodem cum Adalgiſo tempore, testantibus Francorum Annalibus 2), interfecto, Burchardum, quem commemorat REGINO, substituerit, ambulatoria tum fuisse dubitari nequit, quicquid opponat IO. CHR. WAGENSELIVS 3). Quibus fere auspiciis atque auctoribus haereditaria possessione peruenerint ad istas familias, quibuscum

sentavit IO. PETR. A LVDEWIG *Comm. ad A. B. tit. XXVII. §. 1. Tom. II. p. 656.*

2) Dux Bauariae cognomine malus, quem VVITTECHINDVS Annal. L. I. summum castrorum praefectum vocat. Singularem enim in distribuendis officiis Palatinis rationem tum adhibitam, quod ipse Imperator ministrare non posset, obseruat Ill. OLENSCHLAGER *Erl. der G. B. §. 15. p. 48. n. 5.*

1) MELCH. GOLDASTVS *lib. 3. de Regn. Bohemiae Cap. 8. §. 1:* „Olim, inquit, sub  
»priscis illis Francicis et Saxonis Imperatoribus ac Regibus quatuor illa officia  
»prima et summa Imperii Rom. Germanici temporaria erant et ambulatoria,  
»atque pro arbitrio Imperatorum et Regum inter principes sibi dilectos diribebantur. „ Similiter HERM. CONRIN-  
»GVS de officialibus Imp. §. 15. *Opp. Tom.*

II. p. 771. vsque ad tempora Friderici I ista officia certis familiis adstricta negat. Vtrum Conrado III. an Friderico I. imperante contigerit copulatio cum splendidissimis imperantibus per Germaniam familiis ambiguum est TOLNERO *Hist. Palat. Cap. VI. pag. 167. conf. REINHARD. l. c. Sect. II. §. V. p. 113.*

2) *Annal. Franc. PITHOEANI ad ann. 788. p. 12. conf. IO. FRIDER. PEEFFINGER Vitriar. illustrat. T. I. p. 359.*

3) *Diff. cit. Cap. XVIII. §. 8. p. 282.* statos quidem atque ordinarios fuisse officiales Caroli M. perhibet, eorumdem autem munera saepius a regibus aliisque in dignitate excellentissima constitutis viris esse praerepta, idque verbis SANGALENSIS MONACHI *libro 1. de Ecclesiastica cura Caroli M. c. 12.* quorum antehac neminem rationem habuisse contendit, probare studet.



cum hodie sunt copulata, in magnam dubitationem adducitur;

Nec nostrum est tantas 4) componere lites, feliciorum operam in indicandis iis, quae, lectione scriptorum idoneorum, ad illustrandas Archimareschallatus origines potissimum se nobis obtulerunt, collocaturos esse rati. Quum sub imperio Ottonis III. Paschatis anni 985 solemnitas 5), DITMARO auctore, Quindelinborgi celebraretur, et equis Bernhardus Saxo praecesset, etsi temerarium foret, Mareschallatus dignitatem ea iam aetate Ducibus Saxoniae ita vindicare, ut ad posteros haereditatis lege potuerit transmitti, praerogatiuae tamen titulo a Caesare collatam 6) fuisse certissime habeo persuasum. Nec in diuersa me trahunt exempla regum, qui, post eam aetatem, in curiis solemnibus Imperatorum ensis ferundi ministerium obierunt. Sane post Boleslaum 7) Sarmatarum Ducem, Magnus 8), Canutus

4) Diuersitatem opinionis genuerunt verba coaeuorum, imprimis WIPPONIS, ARNOLDI LYBECENSIS ET MARTINI POLONI, quorum explicandorum infra fiet periculum.

5) *Lib. IV. ap. LEIBNITIVM Scripti. Brunsv. T. I. pag. 349: Celebrata proxima Paschalis solemnitas in Quindelingeburg a rege, ubi quatuor ministrabant duces, Henricus ad mensam, Conradus ad cameram, Hezil ad cellariam, Bernardus equis praesuit. Hic etiam Boleslaus et Miseco cum suis conveniunt. Omnibus rite peractis, muneribus locupletati discesserunt. His quidem verbis Archi Officia, sub imperio Ottonis III, jure haereditario in easdem familias delata, quibuscum hodieque copulata sunt, colligunt quamplurimi, ex quibus GILDASTVM, SPENERVM, HORNIVM, SPEIDELIVM, SCHILTERVM, FREHERVM nominasse sufficit. Accessit etiam nuper IO. GODOFR. KRAYSE *Diff. de Iurisdictione in legatos statuum Archimareschal-**

*lo competente §. 6. Sequ.* Acutius de illa Curia Ottonis III. iudicavit IO. PETR. A LVDEWIG. *Comm. ad A. B. tit. 27. §. 1. Tom. II. p. 657.*

6) Eandem sententiam tuerentur IO. IAC. MASCOVIUS *Diff. de Orig. Offic. Aut. Imp. §. 36.* et III. OLENSCHLAGER. *Orig. Iur. Publ. sub Inpp. Sax. §. 25.*

7) *CHRON. MONTIS SERENI ad ann. 1135. ap. HOFMANN. Scripti. Rov. Lusat. T. IV. pag. 36; Imperator (Lotharius Saxo) assumptionem S. Mariae celebrat in Merseburg, ubi Bolizlaus dux Poloniae et Ostiriacus, dux Bohemiae, cum caeteris principibus, adfuerunt, ubi etiam Bolizlaus gladium regi reportavit.*

8) *CHRONOGRAPHVS SAXO ad ann. 1134. ap. GOD. GVIL. LEIBNITIVM Accession. hist. T. I. pag. 290: Imperator celebrat Pascha in Halwerstadt, ubi quidam de primoribus Danorum, Magnus nomine aduenit, et in dte sancto manibus adpacticis, miles Imperatoris efficitur, et regnum ipsius patriae ab ipso*

tus<sup>9)</sup>, ac Petrus<sup>10)</sup>, Daniae, nec non Premislaus II.<sup>11)</sup> Bohemiae reges eam caerimoniam, non nisi reuerentiae Imperatoribus testandae gratia, et quod inde in semetipfos honores redundare existumarent quamdiu regnis per gladium inueffiendi<sup>12)</sup> mos obtinuit, praestiterunt. Marefchalli autem munere, quod gladio Caesari praefereudo haud absoluitur, nunquam functi sunt. Quapropter istud inde ab Ottonum imperio ad partes Ducum Saxoniae potissimum<sup>13)</sup> spectasse,

percepit, et post Sacramenta, Caesari ad ecclesiam procedenti, circulo decoratus enim Imperatoris honorifice portauit.

9) OTTO FRISING. Chron. l. IV. c. 19. ap. CHRIST. VRSTISIVM Scripti. Res. Germ. illustr. Tom. I. p. 149: Regem Daniae (lege Daniae) in signum subiectionis ad decorem Imperialis reuerentiae gladium sibi sub corona deferre fecit. Vid. HERM. CONRING. de Official. §. 13. An vero, quod scribit LVDEWIGIVS Comm. ad A. B. Tom. II. p. 658. Lotharius huius honoris viam per S. Bernhardum et S. Norbertum, sibi parauerit, praedicantes, Imperatorem esse dominum mundi et honori cedere Regi, si seruitium ei praefare queat, iudicent alii.

10) OTTO FRISING. de gestis Frid. I. lib. II. cap. 5. ap. VRSTIS. Scripti. pag. 448: Petrus, corona regni, per manum principis, sibi imposta, in die sancto Pentecostes ipse coronatus gladium regis sub corona incendit portauit.

11) ARNOLDI LYBEC. Chron. Slav. lib. VI. cap. 2. n. 2. ap. LEIBNIT. Accession. hist. Tom. II. pag. 711: Boiemo etiam maior dignitas accessit, ut, cum antea Aduatum teneret, titulo regio a Philippo sublimatus, ibi et ipse procederet coronatus, et gladii regis banulus.

12) GÜNTHERVS in Ligurino Lib. I. ap. REYBERVM pag. 293. de inuestitura Petri Danorum Regis:

*Hic autem gladio regnum suscepit ab ipso,*

*Hunc enim longo seruatum tempore morem,*

*Curia nostra tenet.*

13) Minus quidem ob stare verba WIPPONIS de vita Chunradi Salici, ap. PISTORIVM Scriptor. Tom. III. pag. 428. (quae plures dabios reddidisse, ut mere ambulatoria iis temporibus imperii officia fuisse suspicarentur, obseruat MASCOVIVS diss. cit.) perspecto integro loco, facile intellegitur. Diuersis quidem Capitibus, a WIPPONE primum de Electione Regis Chunradi, deinde de consecratione eius, denique de dispositione Curiali, et de virtutibus Giselaë, coniugis Chunradi regis, ea narrantur, quae memoratu digna ipsi visa sunt. At tertio illo loco, qui dispositionem curialem Chunradi eius felicit Aulæ, et apparatus cotidiani exhibet, haec verba leguntur: *Stimiliter in dispositione curiali, quem Rex maiorem domus statueret, quos cubiculariorum magistrōs, quos inferiores, et pincernas, et reliquos officarios ordinaret, diu non est super sedendum, cum illud breuiter dicere possem, quod nullius antecessoris sui ministeria aptius et honorificentius prouisa memini, vel legi. Ad quam rem plurimum valuit ingenium Augustensis Episcopi Brunonis et Wernheri Argentinesis Episcopi consilium.* Num vero officariis domesticis Imperatores et Reges Germanicos caruisse credamus? Eo quidem capite de conuentu sollemnī sermo non est. Firmatur etiam haec sententia auctoritate IO. PETR. A LVDEWIG ad A. B. Tom. II. p. 657. et HENR. CHRIST. SENCKENBERGII in libello lingua Germanici antiqui tam publici quam priuati pag. 168. n. 9. (vid. supr. ad Praef. n. 2.) cui pariter verba ARNOL-

spectasse, non asseruero quidem, sed, donec meliora quis dederit, conicio.

C 2

§. 7.

ARNOLDI LVBECENSIS difficultatis nihil habere videntur. At priori Capite WIPRONIS, vbi de coronatione regis agitur, non Moguntini tantum in consecrando rege officium commemoratur, sed verbis etiam: *Peractis decentissime diuinis officiis et regali consecratione Rex processit — cum sacro comitatu, alacri vultu, honesto incessu ad cubiculum rediit. Inde ad mensam regali apparatu receptus, eam diem regiae speciei primitiuam officiosissime consumpsit, iis, inquam, verbis praesentiam officium Imperii indicari veri videtur simillimum. ARNOLDVS quidem LVBECENSIS in Chron. Slav. Lib. III. Cap. 9. ap. GOD. GVIL. LEIBNITIVM Script. Ker. Brunsv. Tomo II. p. 661. curiam describens anno 1184. prope Moguntiam a Friderico I. celebratam, officium, inquit, Dapiferi seu Pincernae, Camerarii seu Marschalli, non nisi reges vel duces aut marchiones administrabant. Quorum verborum illustrationem, praeter Ill. SENCKENBERGIUM l. c. exhibet IO. FRID. PFEFFINGER Viriur. illustr. Tom. I. pag. 1020. Etenim iis intelligi, quod officia ista ab iisdem principibus, eo tempore, fuerint suscepta, qui hodie illa perpetuo tenent iure. Haec autem sententia praecipuum auctoritatem contrahere videtur iis, quae obseruat SENCKENBERGIUS l. c. §. 76. p. 193. certissime constare, quod anno 1177. officium Camerarii in Marchionem Brandenburgicum fuerit delatum. Id enim confirmant literae ALEXANDRI III. ad ROGERIVM Episcopum Eboracensem perscriptae apud HOVEDEN Amal. Part. poster. in HENR. SAVILII Script. Ker. Anglic. pag. 569. vbi: de mandato Friderici illustris Romanorum Imperatoris filius marchionis Alberti, Vir nobilis, magnus et potens et CAMERARIUS ipsius Imperatoris. Neque sat validis rationibus fidem verum MARTINI POLONI et CODICIS MSCTI AMBROSIIANI Iuris Germanici antiqui, a LAMBECIO Tom. I. Commentar. de Bibl. Aug. Vindob. Lib. II.*

Cap. 8. pag. 825. illustrati euertere studet IO. PETR. A LVDEWIG Comm. ad A. B. Tom. II. pag. 661. Illius in Vita Ottonis III. verba haec sunt:

Moguntinensis, Treuirensis, Colonienfis  
Quilibet imperii sit cancellarius horum,  
Et Palatinus Dapifer, DVX PORTATOR  
ENSIS  
Marchio Praepositus Camerae, pincernus  
Boemus.

In Codice Viennensi, cuius aetatem LAMBECIUS ad tempora refert Friderici II, imperii officiorum mentio fit his verbis: *Unter den Leien Fürsten so hat der Pfaltzgrafe von Rine die ersten Stimme an der Chur, der is des Riches TROHSETZE und er sol dem Chunige die ersten Seuzzel tragen; der Hertzoge von Sachsen hat die andere Stimme an der Chur unter den Leien, der is des Chuniges MARSCHALCH, und sol dem Chunige sin Schwert tragen, der Marcegrafe von Brandenburg die dritten Stimme an der Chur, und is des Riches CHAMERER und sol dem Chunige Wazzer geben, der Herzoge von Patren hat die vierde Stimme an der Chur, und is des Riches SCHENCKE und sol dem Chunige den ersten Becher tragen, diese vier sollen rüschsche MANNEN sin von Vater und von Muoter oder von eintwederine.*

Atque in eandem fere rationem verba speculi Sueuici concepta esse legimus Cap. CXIII. quod inscribitur: *Wer den Kunig wehn sol, quo vetustam imperii functionem aetate Ottonis IV. consecram exhiberi Ill. OLENSHLAGERIVS scribit Erlder G. B. §. 31. pag. 110. und im Urkundenbuche N. XII. p. 36. vbi: Unter den Layen Fürsten ist der Pfalzgrafe an dem Rin der erste an der Stimme dez Richez Truhßiez der sol dem Kunige die ersten Schüsseln tragen. Der ander an der Stimme ist der Hertzog von Sachsen dez Richez Marschalh sol dem Kunig sin Schwert tragen etc. etc. Adde SENCKENBERGIUM l. c. Cap. III. §. 46. p. 112.*

## §. 7.

Quo spiffiores autem sunt tenebrae mediae aetatis, quibus, turbantibus publicum Germaniae statum bellis continuis, in tam exili caerimoniarum cura ordo palatii Imperialis inuoluitur, eo minus est mirandum vbique meris fluctuandum esse coniecturis. Neque nos alio quam coniecturae loco haberi volumus, quae supra de Marefchallatus dignitate Saec. X. iure praecipuo ad Duces Saxoniae pertinente disputata sunt. Enimuero certiora non sunt, quae alii, praeeunte HERM. CONRINGIO<sup>1)</sup>, putarunt, marefchallatum aufpiciis Friderici I, haereditario iure, ducibus Saxoniae esse collatum. Neque maiori auctoritate a BERNHARDO MALLINKROTTIO<sup>2)</sup> Fridericum II. et a HENRICO COCCCEO<sup>3)</sup> Conradum III. perpetua istius honoris accessione splendorem Principum Saxoniorum auxisse perhibetur, ut taceam, non tam Archi-Marefchallatum, quam Archi-Camerarii officium, Archi-Pincernatum, et Archi-Dapiferatum prae oculis habuisse eruditos coniectores. Quicquod possessioni Officiorum Aulicorum haereditariae, temporibus Friderici I, diploma Austriae genti concessit, cuiusque fidem asseruit HENR. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG<sup>4)</sup>. En ipsa verba: *Si quibusvis Curii publicis Imperii dux Austriae praefens fuerit, vnus de palatinis Archiducibus est censendus et nihilominus in confessu et incessu ad latus dextrum Imperii post electores principes obtineat primum locum.*

Tutius

1) *Notis ad Lampad. P. III. Cap. 4. §. 23. et in Diss. de Official. §. 13. sq.* Fundamenta suspicionis in eo non sine idonea ratione collocat, quod Duces Saxoniae, et magnae semper in Germania fuerint dignationis, et saepius eodem munere in curiis imperialibus defuncti.

2) *De Archi-Cancellariis L. II. C. III.*

3) *De Iur. publ. prudentia c. 12. §. 5. pag. 220.* officium Camerarii in Albertum Velum Alcanium vna cum Marchia Brandenburgica Quedlinburgi 1142. translatum fuisse suspicatur.

4) *In lib. supra ad §. 6. n. 13. cit. Gedanken vom lebhaften Gebrauche des alten teutschen bürgerl. und Staats-Rechts, pag. 128. et §. 59. pag. 147.*

Tutius igitur, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, initium possessionis illius hereditariae plane ignoratur, quam illustri prerogativae antiquitati verbis Aureae Bullae<sup>5)</sup> Cap. IV. §. 5. nec non Aureis Bullis Saxonice<sup>6)</sup> satis firmatae quidquam detrahitur. Caeterum Archimareschalli<sup>7)</sup> elogio ante Rudolphum I. Ascanium filium Alberti II. vix quisquam vsus est<sup>8)</sup>. Imo videmus proximos ejus successores non minus quam, qui extincta stirpe Ascania, dignitate electorali ornati fuerunt, Misniae Marchiones vsque ad Ernestum titulo Electoris in literis ipsorum nomine datis, nondum uti, sed encomium Archimareschalli solum exprimere voluisse, donec coniungerentur titulus vterque<sup>9)</sup>, et proximo quidem illo a Ducali dignitate loco, quem tenent hodiernum.

## §. 8.

Quamvis tempus, quo genti Pappenheimiae Calatino-  
rum<sup>1)</sup> illustri profapia ortae, Mareschallatus prima inue-  
stitura

C 3

fitura

5) Dux Saxoniae Mareschallatus officium exercebit, ut solitum est fieri AB ANTIQVO.

6) MICH. HENR. GRIBNER *Diff. de Aur. Bull. Saxon.* (edit Lipsi. 1728.) *inpr.* §. 17. 19. 20. et 28.

7) Varias variorum sententias de significato, et origine huius appellationis exhibet WAGENSEIL l. c. Cap. 8. §. 15. p. 63. Eo designari supremum iudicii criminalis praesidem existimat GIOVANNI *Geru. Principe lib. V. cap. IV. §. 1. pag. 112.* et FRID. LYDOV. DE BERGER *Animadversiones ad HENR. COCCII Jus Publ. Cap. 14. §. 14. pag. 213. Conf. KVHN l. c. Solf. I. p. 25.*

8) MELCH. GOLDASTVS de Regno Bohemiae *Append. Diplom. p. 152.* diploma Alberti II. ducis Saxoniae exhibet de anno 1291, in quo titulus Archimareschalli occurrit. Sed eius auctoritas sollicitat TO. BETR. A. LYDEWIG *Comm. ad A.B. Tom. II. pag. 671.* deprehensio in Charta recentiori

de anno 1297. prologo: *Albertus Dei gratia Saxonie, Angarie et Wessalae dux et Comes de Bren etc. in Reliqu. MSSCC. Tom. I. p. 184. Num. CXXX.* At literae Rudolphi I, quibus privilegia Monasterii Dobiriuensis continentur de annis 1325. 1329. et 1336. *Ibid. Num. CCXVI. CCXXII. et CCXXXVII.* titulum Archimareschalli exhibent, nec facile videbis recentiores, in quarum introitu adhibitus haud fuerit. Exempla dant LYDEWIG *Comm. ad A. B. Tom. II. pag. 671.* CONR. SAM. SCHVRFLEISCHII *Dissert. de Viticis Ecclesiae §. VIII. in Ej. Opp. Histor. Polit. p. 777. edit. 4.*

9) LVNIG *Reichs-Archiv P. Spec. eiusque Cont. II. unter Sachsen, isprimis Num. XXXIX. fq. Tomo V III. p. 256. fq.*

1) MATTHAEI, *Mareschalli a Pappenheim et Biberbach Canonici Eccl. Cathedrae Augustanae et Eboacensis (mort an. 1459.) liber de Origine et Familia dominorum de Calatin, qui hodie sunt Domini a Pappenheim*

stitura contigerit, similiter certo definiri nequeat, quum tamen inter veteris de anno 1131 tabulae testes, nomen Henrici Marefcalci de Pappenheim repererit Matthaeus a Pappenheim <sup>2)</sup> eadem ipsa aetate Saxoniae principes Archimareschallatum iam tenuisse colligo. Nam quod antiquitus ab Imperatoribus ipsa Marefcalcia infeudatos fuisse <sup>3)</sup> Comites de Pappenheim nonnulli autumant, et verbis Aureae Bullae Cap. XXIX. §. 1. <sup>4)</sup> fulcire nituntur, facili negotio concidit, eadem verba si de qualitate suffecti in locum Archimareschalli absentis interpreteris. Nec vsquam apparet datos hos subofficiales immediate fuisse inuestitos. Constat autem de perantiquis inuestituris ab Electoribus Saxoniae super Officio Submareschallatus impetratis, praesertim ex literis Rudolphi III. scriptis *zu Belitz nach Christi Geborde vierzehnhundert Jahr, darnach in zehendem Jahre detz Montags am Sand Joannes Abend des Toffers.* Haec quidem principes habentur inter eas, quas se vidisse perhibet Consult. 10. LVDOV. KERNIVS <sup>5)</sup> neque mihi vetustiores obtigerunt. Inuestituram sane maiores Sigismundi in Pappenheim, cui Rudolphus eam concessit a Ducibus Saxoniae iam pridem obtinuisse, verba

heim S. R. I. Marefcalli haereditarii, cura agnati sui Marefcalli IOANNIS a PAPPENHEIM in latina et germanica lingua et opera Phil. Ulhardi Augustae Rhaetiae An. 1553. in fol. typis expressus. 10. ALEXANDRI DOEDERLEIN *Matthaeus a Pappenheim enucleatus sive historische Nachrichten von dem uralten hochpreisl. Hause der Kayserl. und der Reichs-Erbmarschalln von Calatin und der davon abstammenden ehe- und dermaligen Reichs-Erbmarschalln Herren und Grafen zu Pappenheim etc. zu Schwabach 1739.* 4. inprimis Cap. II. p. 30. sq.

2) Eum exscripsit WIGVLEIVS HVNDIVS *Bayrisch Stammbuch Theil II. p. 160: Herr Hainrich Marschalck von Pappenheim Testis in einem alten Brief etc.*, 3) De origine et dignitate subofficia-

lium quid coniciat LVDWIG. *vid. Comm. ad A. B. Tom. II. pag. 757. sq.* verum eius sententiam de Marefchallorum certe haereditariorum origine, fidei monumentorum repugnare ex iis constat, quae opere collegit IO. FRID. PFEFFINGER *Vitr. Illustr. Lib. III. Tit. XI. §. 2. conf. KVHN I. c. Sect. I. §. 28. a)*

4) Cum ergo ipsi Principes Electores cunctis Imperialis curiae praesint officiiis, suos etiam habentes in officiiis huiusmodi SVBSTITVTOS, datos ad hoc a Romanis Principibus et dotatos, videretur absurdum, quod SVBSTITVTI Officialia a suis superioribus, quocumque quaesito colore, xenia postulerent.

5) *Diss. de Iuribus et praerogatiuis S. R. I. Marefchallorum haereditariorum Comitum in Pappenheim (Gottingae 1752) Cap. I. §. 2. p. 6.*

verba 6) ipsius tabulae, ibique iam commemoratae diuturnae lites inter Erkingerum in Biberbach, posthac inter plures a Pappenheim oriundos, ipsosque Marefchallos in Pappenheim, coram Archimareschallo, agitatae, et deinde compositae satis demonstrant. Hinc eo confidentius assertioni Consult. KERNII, quatenus tabularum feudalium Alberti III. 7) Principis Electoris et Codicilli 8) Friderici Bellicosii facta commemoratione, ab illis, immo ab antiquissimis temporibus usque ad hanc diem, a singulis Saxoniae Electoribus 9) inuestituram Pappenheimiis datam fuisse praedicat, subscribendum esse arbitror, quo vero propius esse videtur diligentissimo scriptori scriniorum gentis Pappenheimiae inspiciendorum copiam factam fuisse. Forma autem et argumentum ex literis ipsis patebit. Nexum etiam suum Pappenheimii ipsi annis CIOCCCCLXXIII et CIOIDLXXIV. iterum agnoverunt, dum pactorum ad finiendam de senioratu aliisque controuersis litem inter diuersas gentis Pappenheimiae familias subortam, confirmationem ab Electoribus Ernesto

6) Wenn auch der ehgenannt er Sigmund von Todes wegen abgehiet, so hat sein Bruder der Elter nach Im und siene Vetern, die also Teil an Pappenheim haben, daselbe Schlos Pappenheim und Vnder-Marschalk Amt, mit allen und jeglichen iven Zugehörungen von Uns, Unsern Erben und Nachkommen, Herzogen zu Sachsen mit gewöhnlichen Huldengen und Eyden empfaßen, IN ALLER MASEN, ALS SINE ELTERN UND VORFAREN VORGETAN HABEN etc. vid. KERNIVM l.c.

7) Quas etiam commemorat DOEDERTEN Lc. C.II. §. XXII. p. 111. *datas zu Breslau Sigmundo et Hauptoni fratribus Marefchallis in Pappenheim.* Ego autem, prout mihi obuenerunt, integras huic §. subieci.

8) Codicillum quidem, quo Fridericus Bellicosus, triuio post inaugurationem solemnem Budae anno 1425. Calendis Augusti suscepiam, Marefchallatum haeredita-

rium imperii Nobilibus Sigismundo et Hauptoni in Pappenheim contulit, *Sonntabend nach Petri Vincula zu EINEN RECHTEN ERBLEHN, istum Codicillum, inquam, se legisse profitetur KERNIVS l.c. §. 2. p. 7.* Sed mirum effugisse solertiam diligentissimi IO. GOTTL. HORNI in *Cod. Dipl. Hist. Frid. Bellicosii* adiecto, vbi no. 309. diploma Sigismundi, die Veneris post Petri Vincula, scriptum reperitur.

9) Literas inuestiturae ab Elestore Christiano II. concessas edidit REINHARDVS *Diss. cit. Sect. II. §. 18.* Merito autem obseruat KERNIVS, quod, quum Christianus II. nomine simul fratrum suorum Io. Georgii et Augusti inuestituram concesserit, sub finem adiciatur *dass sie (Vasalli) das Untermarschalk-Amt doch von DEME DER UNTER DENSELBEN HERTZOGEN ZU SACHSEN EIN CHURFÜRST SEIN WÜRD, HABEN, BESÜTZEN UND GEBRAUCHEN SOLLEN ohn alles Geuehrde.*

nesto <sup>10)</sup> et Augusto <sup>11)</sup> peterent; illamque in rebus familiae suae protectionem, cuius fundamentum et exercitium vberius exponitur <sup>12)</sup> apud idoneos auctores.

## OBSER-

10) Augustae Vindelicorum 1473. die Dominica Quasimodogeniti. Vid. Documentum in LVNIGII R. A. Spicil. Soc. Tom. I. p. 315. n. IV. Interfecto tempore ab Imper. Friderico III. pariter eiusdem facti confirmationem impetrarunt vid. Dipl. in ROVSET Suppl. au Corps Dipl. I. part. 2. p. 452.

11) Torgaviae 1574. d. 26. Iunii. Constitutio integra legitur apud IO. LVDOV. KERNIVM pag. 10. sq. add. WIG. HVNDIVS in Bayr. Stammbuch Part. II. pag. 172.

12) EUROP. HEROLD Tom. I. pag. 704. col. 2. add. LÜNIG Corp. Iur. Feud. Tom. III. pag. 99. sq.

*Wir Albrecht vom Gottes gnaden zu Sachsen vmd Lünemburg Herzog, Pfaltzgraue zu Sachsen, Graue zu Brene, Burggraue zu Magdeburg, des heiligen Reichs Ertzmarshalck. Bekem öffentlichen vmd thun kundt, Jedermane mit disem Briue. Das wir dem Edlen vnsern lieben getreuen Sigmunde vmd Hauften gebrüderim Marschalckhen zu Pappenheim zu rechtem Lehen gelihen haben. vmd lihen In auch Im crafft dises Brieffs das Schloß vmd Stat zu Bappenheim mit deme vndermarschalckh Ampt doselbs mit allen Imd Iglichen Iren zugehörungen. Die vom vns vmd vnsern Fürstenthumb zu Lehen rüren, die auch vormals Ire ältern vnd vordern Marschalckhen zu Bappenheim von vnsern eltern vmd vorfaren Hertzogem zu Sachsen, vmd des heiligen Reichs Ertzmarshalckhen seeligen vmd vnsern Fürstenthumb Ir vom einen vff dem amndern zu Lehen gehabt vmd besessen haben, vmd lihen In die obengenante Lehen, das wir In dann doran durch Recht vmd vonn billichkeit wegen lihen sollem vmd nögen, nach vnseres fürstenthumbs herkommen vmd gewonhait, Also das die vorgenannten Sigmundt vmd Hauft zu Bappenheim mit dem Marschalckhen Ampt doselbs, vmd mit allem vmd Iglichem zugehörungen zu rechtem lehen vom vns vnsern erben vmd nachkomen Hertzogen zu Sachsen haben, halden, geruewighen besitzen, vor wesen, vmd die auch mit gewentlichen Huldungen und Ayden entphahen sollen. In allermaße also die Ire ältern vmd vorfaren Marschalckhe zu Bappenheim vom vnsern eltern vmd vorfarn gehabt, gehalten, besessen, entpfangen vmd vorweseut haben, als dickh des not sein wirdt, ohne geverde. Mit vrkundt disis Brifs versigelt mit vnsern anhangenden Im siegel. Geben zu Breslaw nach Crists geburt vierzehnhundert Jar im Zveintzigsten Jare darnach am Somabende nach sante Paulustage Conuersion.*



OBSERVATIO II.  
INDOLES POTESTATIS IVRIS DICVNDI  
S. R. I. ARCHIMARESCHALLO  
COMPETENTIS.

§. I.

**E**xploratis antiquioribus Archimareschallatus Saxonici vestigiis, missa facimus ea omnia, quorum vberiori elucidatione extra limites nobis propofitos vagari videremur. Eius generis sunt, quod, in electione et Coronatione <sup>1)</sup> Imperatoris Regisue Romanorum, duces Saxoniae variis nec exilis momenti procurationibus fuerint distenti, quod, absente vel impedito Praefule Moguntino, ipsaue sede Moguntina vacante, ius dirigendorum <sup>2)</sup> Comitiorum, praeterea rogandorum et colligendorum Votorum, nec non indicendarum sessionum exercuerint. <sup>3)</sup> Subsistimus itaque in iuris dicundi amplissima potestate Archimareschallo tum in bello imperii, tum in conuentibus Caesaris statuumque, tum per urbem, in qua Imperator eligitur vel coronatur, seu Conuentus eiusmodi alius celebratur competente.

§. 2.

Mareschalli quidem non in Aula tantum Francorum, sed apud alias quoque gentes ius dixerunt. Constat enim Magnum

1) Vid. IO. DAV. KOELERI *Diss. de Ducis et Principis Electoris Sax. S. R. I. Archi-Mareschalli eximii et singularibus functionibus, in solemnibus Panegyrii Electionis et Coronationis Caesareae; imprimis §. IV. et seqq. et quae silius congescit WAGENSEIL l. c. Cap. 8.*

2) CHRIST. IOA. FEVSTELII *Viri Col. Diss. de Directorio Comititali sede Moguntina vacante vel impedita etc. Lips. 1745.*

3) Compositum quidem est hoc negotium, de iure colligendorum Votorum statuum, TRANSACTIONE SPIRENSI anni 1529, inter Electorem vtrumque inita; de

gnum domesticum, cuius officii cum dignitate Mareschalli similitudinem supra tetigimus, iurisdictionem amplissimam in aula Byzantina <sup>1)</sup> exercuisse, et in Anglia Constabularium vel Regni Mareschallum, de contractibus et delictis militum iudicasse. <sup>2)</sup> Quin et in Germania, quemadmodum penes vetustiores populos, nec non apud Gallos et Anglos, more receptum fuerit, ut iidem Mareschalli in pompis aularum essent, qui in expeditionibus bellicis. Idque cum bellica maiorum nostrorum indole atque ingenio, nec non cum Germaniae mediae moribus ac constitutione apprime congruebat, quod eius, qui bello indicto summae rerum praeesset, potiores <sup>3)</sup> in aula curiae Regis partes existimarentur, et ad eundem pariter in illos, qui tempore expeditionis et in aulae Ministerio eius imperio subessent, spectaret iurisdictione. Vtroque munere excello duces Saxoniae <sup>4)</sup> ab antiquo functos esse constat. Hinc ipsius iurisdictionis Archimareschallo competentis indolem qua ratione, in quos, quibusque in causis statuta fuerit caue hodiernum exerceatur, sedulo in praesenti inuestigare lubet.

## §. 3.

Splendori officii Archimareschallatus accedit vicaria et subordinata illius, per antiquissimam fere Comitum Imperii fami-

iure indicendarum sessionum, TRANS-  
ACTIONE FRANCOVRTANA ANNI 1562. inter  
eosdem perfecta.

1) IVL. CAES. BVLNGERVS de *Impe-  
rat. et Imper. Rom. Lib. VIII. C. 9. p. 656.*

2) NICOL. VPTON de *studio militari L. I.  
c. XVI. p. 32. edit. EDGARII BISSAEI  
Londini 1654.* ad mores saeculi sui hoc  
est XV. ineuntis respiciens, scribit: *Ad  
officium insuper Ducis Belli pertinet de  
contractibus et delictis militum cognosce-  
re — sed hodie omnia ista praedicta per-  
tinent ad officium CONSTABULARII ET  
MARESCHALLI REGNI VEL EXERCITVS*

*derivative tamen, quia eorum potestas de-  
rivata est et commissa per Ducem belli.*

3) SENCKENBERG *l. c. Cap. III. §. 75.  
p. 187.*

4) In expeditione Italica posteriori Lo-  
tharii II. Imp. Henricus Superbus Mare-  
schalli dignitate ornatus fuisse videtur,  
quem per τὸν τῷ Λουθηγι γερμβρον τῷ Αλα-  
μανῶν ἔδρα λόγῳ μετὰ Λουθηγι ἀξιώτατου  
ὄς τὰ μεγίστα περὶ αὐτῶ ἐδεδύητο apud  
IOANNEM CINNAMVM de *Rebus gest. Im-  
perat. Constantin. Iouannis et Manuells  
Comenorum lib. III. pag. 52. edit. Paris.  
intelligit SENCKENBERG l. c. p. 184.*

familiam, procuratio: cuius, tanquam longo vsu inueteratae, mentionem facit vetustissima lex imperii, <sup>1)</sup> quae, disertis verbis, Marefchallos in Pappenheim Vicarios Ducum Saxoniae in obeundo Marefchallatus munere extitisse perhibet. Pugnat igitur cum integerrimae historiae monumento IO. PETR. A LVDEWIG, <sup>2)</sup> dum non antiquitate tantum Officium haereditarium Archimarefchallatus dignitatem superare contendat, sed Duces etiam Saxoniae, in publicis solemnitatibus, munus Pappenheimiorum interdum occupasse, non suum obiisse sibi persuadeat. Attamen ne in dubitationem quidem adducere licet, conditores AVREAE BVLLAE originem vtriusque muneris plenius habuisse perspectam, quam Sacc. XVIII. felicissimus etiam hariolus, quem audaciae nota nemo facile audebit liberare, coniectando assequi potuit. Clarissimo autem indicio munus Pappenheimiorum merito vicarium et substitutum cenferi, praeter diserta A. B. verba, inuestiturae habetur necessitas, qua Pappenheim cum annexis omnibus, et subofficium Marefchallatus a Ducibus Saxoniae adeo constanter impetrari, vt nulla vsquam extet contrarii memoria, superius indicare licuit (*Obs. I. §. 8.*) Aulae denique Caesareae Marefchallum, absentibus Archimarefchallo eiusque vicario,

D 2

in

1) AVR. BVLLA Cap. IV. §. 5. Dux Saxoniae Marefchallatus officium exercbit, vt solitum est fieri AB ANTIQVO Cap. XXVII. §. 2. Vicemarefchallus eius (Ducis Saxoniae) pnta de Pappenheim accedat etc. Cap. XXVII. §. 7. recipiat — Vicemarefchallus de Pappenheim equum, baculum et mensuram praedictam. Cap. XXIX. §. 1. Principes Electores — habitantes in officiis huiusmodi SVSTITVTOS. Cap. XXIX. §. 4. Dum autem Princeps — fenda sua ab Imperatore recipit vel Rege, equus — debetur superiori Marefchallo, id est duci Saxoniae, si praesens fuerit. Alioquin illi de Pappenheim, eius Vice Marefchallo.

2) *Comm. ad A. B. tit. XXVII. §. 7. Tom. II. pag. 754. sq.* vbi originem sub-officialium ad Imperatores Francicos refert, quippe quos, Officiales prouinciarum ditionis suae, praecellentis, prae aliorum Principum officialibus, dignitate auxisse scribit, vt postea titulo Officialium Imperii venirent; horum vero munia, principes nonnunquam, pompae imperialis amplificandae studio, suscepisse, idque sigillatim a scriptoribus, miraculi instar, adnotatum esse. Immo Vicemarefchalli appellationem inuitatam fuisse olim, eumque potius Submarefchallum dici solitum esse auctoritat l. c. p. 769 sq.

in partes vocat AVREA BVLLA, <sup>3)</sup> eumque, quoad has functiones, arbitrio Archimareschalli subdit; quod aequè in recentissimis Carolorum VI. et VII. nec non Francisci et Iosephi II. CAPITVLATIONIBVS <sup>4)</sup> repetitum est.

## §. 4.

Ne quis autem pro recentioris aevi assumento habeat potestatem Iuris dicundi Archimareschallo propriam, repetamus nonnulla veterum scriptorum testimonia. In his primo ponenda loco verba CONRADI LICHTENAVII <sup>1)</sup> ABBATIS VRSPERGENSIS vel vetustioris Chronographi a Conrado exscripti ad annum 1209, quibus non modo euinci posse arbitror, Vicario Ducis Saxoniae Mareschallo Calatino ius coercendi rebelles tum competiisse, sed probari etiam, eundem iudicio Ottonis IV. de praedonibus interfuisse: Rex (de Ottone IV. scribit) *peragratis partibus Rheni aduenit in Sueuiam, coepit*

3) A. B. Cap. XXVII. §. 2. *Eo (Vicemareschallo) absente, Mareschallus Curiae ulterius auenam ipsam distribuet. Cap. XXVII. §. 8. Si vero ipsi vel eorum aliqui — se duxerint absentandos ex tunc Imperialis vel Regalis Curiae quotidiani ministri, vice absentium puta quilibet in loco eius absentis, cui in vocabulo seu officio communicat, sicut geret officium, sic tollat in praemissis et fructum. Cap. XXIX. §. 3. Si vero ipsi (subofficiales) vel aliqui eorum absentes fuerint, ex tunc officiales imperialis sine Regalis Curiae, qui talibus praesunt, officis, eorum, quorum suppleant absentiam, singuli singulorum, sicut vicem nomenque et laborem sufferunt, sic lucrum et commoda reportabunt. Cap. XXIX. §. 4. equus — debetur superiori Mareschallo id est Duci Saxoniae si praesens affuerit. Alioquin illi de Pappenheim eius Vicemareschallo, aut illo absente Imperialis sine Regalis Curiae Mareschallo. Constanti etiam obseruantia firmatum est, quod Legatus Saxonicus Electoralis eas quoque officii*

partes, quae vicarium admittunt ministerium operamue subofficiale, ita dirigat atque procuret, prout ipsis conuenit Archimareschalli primariis iuribus; vnde pendet functio illorum substituta *Bericht von dem Reichstag anno 1693. gehalten ap. LVNIG. Reichs Arch. Part. gen. Tom. II. 2. p. 13. a. vid. 10. GODOFR. KRAVSIVM Diff. cit. §. 40. p. 36.*

4) CAP. NOVISS. Art. III. §. 24. *dem Hofmarschall in seinen zukommenden und von dem Erztzarschall-Amt dependirenden Amts-Verrichtungen.*

1) Eius auctoritate vtuntur I. P. A. LVDEWIG Comm. ad A. B. Tom. II. p. 810. REINHARD Comm. cit. Sect. II. §. 13. n. 1.) KVHN l. c. Sect. II. Memb. I. §. 1. p. 61. KRAVSE Diff. cit. §. 22. p. 18. et AVCTOR (FRID. ADAMVS ZENCKIUS) des gründl. Beweises der des heil. Reichs Erbmarschall-Amt etc. in Ciuil. et Criminal. competirenden Iurisdiction, in FABRI St. Canzley P. LIV. p. 630.

coepit autem praedonibus et facinorosis timorem incutere, ET IVDICIA SVPER EOS EXERCERE; Interposita posthac Κρίσις, quod ea omnia ab Ottone superbiae magis, quam iustitiae causa fuerint suscepta, pergit: *Cumque venisset Augustam (Rex) eodem anno in Natiuitate Domini, multique et Principes et milites conuenissent ad Curiam, praecepit Imperator Marscalco de Callindin<sup>2)</sup> et militibus suis, quatenus malefactores inuestigarent, et sibi eos exhiberent in iudicio. Vnde quam plurimi milites in nocte fugerunt; comes quoque de Grasisbach violenter ante Imperatorem attractus est, et cappa, qua indutus erat, turpiter laniata. Vnde timor ipse cecidit super barones et milites. Ad cogendos quidem et castigandos maleficos, milites adhibitos fuisse passim legimus, sed cognitio de delictis eorum instituenda ad ministerium Mareschalli iure proprio pertinuisse videtur. Neque id tamen GERVASII TILBERIENSIS<sup>3)</sup> testimonio, quod a nonnullis<sup>4)</sup> huc trahi video, fulcirem, quum ipse se regni Arelatensis, in quo palatinorum officiorum peculiaris omnino ratio fuit<sup>5)</sup> Mareschallum in fronte operis<sup>6)</sup> sui nuncupet. Accedit, quod ipse conditor otiorum, quorum aetas ad annum MCCXI. referenda est, eo tempore vixerit, quo ab ABBATE VRSPERGENSI GERARDOQUE MAVRISIO, Mareschalli Imperialis munus Henrico Calatino tribuatur, indeque a Saeculo XI. ex tabulis publicis seriem Calatinorum, hoc officio functo-*

## D 3 rum

2) In numero testium ad calcem diplomatis anni 1209 apud FERDIN. VGHELVM *Italiae sacrae Tom. II. p. 377.* Henricum Calendrini Mareschalcum haberi obseruat I. P. A. LVDEWIG, simul ab VGHELLO nomina gentilitia pessime corrupti pluribus exemplis demonstrat *Comm. ad A. B. Tom. II. p. 310.*

3) *In Otii Imperial. ad Ottonem IV. Imper. ap. LEIBNIT. Scriptt. Rer. Brunsv. Tom. I. p. 381. in fine Praefat. Et quod ex officio Mareschalciae sub debito armo-*

*rum ministerio exaqui teneor, acutae lingua gladio ducam in Ministerium.*

4) A REINHARDO I. C. KYHNIO I. C. ET AVCTORE *des gründl. Beweises etc.*

5) OLENSCHLAGER *Comm. ad A. B. §. 21. p. 68.*

6) verbis: *Ottoni quarto, Romanorum Imperatori semper Augusto, GERVASIUS TILBERIENSIS vestri dignatione Marescalcus Regni Arelatensis etc.*

tum a DOEDERLINO erutam fuisse. 7) Sed ad GERARDVM MAVRISIVM<sup>8)</sup> alii eo rectius prouocarunt, quo clarius e verbis ipsius intellegatur, eum rem in conspectu suo<sup>9)</sup> actam memoriae mandasse. Quid quod eadem narratio mirifice Ill. OLENSCHLAGERI<sup>10)</sup> coniecturam iuuet, Imperatoribus in Italia degentibus, Officiales Teutonicos solita munia praefituisse.

## §. 5.

Eximia et princeps sane Archimareschalli praerogatiua in bello imperii eminet. Quae, etsi, ob mutatam bellicae rei formam, nostris temporibus exemplorum frequentiam non referat, vigorem tamen et illibatam auctoritatem, insigni notioris aetatis<sup>1)</sup> documento non probauit solum, sed publicis etiam tabulis<sup>2)</sup> confirmata legitur. Archimareschallo igitur

in

7) l. c. p. 33. sq. Conf. MATTHAEI *lib. de Origine Dominorum a Calatin et Pappenheim pag. 77.* MARTINI ERSII *Anal. Sueu. P. II. lib. VI. Cap. IV. p. 425.* WIGVL. HUNDII *Bayrisch Stammbuch Tom. II. p. 160.*

8) *Historia Dominorum de Romano et Marchiae Taruisinae p. 11. ap. I. G. GRAEVIUM et PETR. BYRMANNVM Thef. Antiqu. et Hist. Italiae T. VI. P. I.* Ibi quidem mentio fit contentionis, inter Marchionem Azonem et Dominum Salinguerram de Ferraria, in Curia Ottonis IV. Regis Romanorum prope portas Orlanigiaco: 1209 celebrata; *Et de hoc, inquit, rixa magna mota fuit in conspectu regis, unde ad compescendum tumultum Henricus Calandrinus, euaginato ense, cum magna Teutonicorum multitudine utrique parti silentium imposuit; Quod ab Italis nomen gentilitium Calatiorum corrumpitur, iam supra dictum est.*

9) *Histor. March. Taruis. p. 10.* Dominus Eccelsinus, quam gratulante et magnifice per regem fuisse receptus, vix posse ab aliquibus mentiri ore, sicut ego, qui eum ipso fueram, testificor veritatem. Erat quidem GERARDVS MAVRISIVS Ciuis et

iudex Vicentinus vid. GER. 10. VOSSIVS *de Hist. lat. lib. II. cap. 57.*

10) *Comm. ad A. B. §. 92. p. 364.* Quana aegre quidem tulerint Germaniae Septemviri, eos ad inaugurationis Bononiensis solemniam anno 1530 celebrata a Carolo V. haud vocatos fuisse, vberime docet Illustris ac Celeberr. 10. GOTTL. BÜHMIVS *Selectis Capit. ex historia Caroli V. Imperat. Cap. II. p. 15. sq.*

1) Literis LEOPOLDI Imperatoris ad 10. GEORGIVM III. Electorem directis, anno 1689, se Electori, coacto imperii exercitu, symbola, quae per sexaginta dies ducibus exercitus edenda curaret, transmissurum, nunciat Imperator, ac simul; de imperio in bello, quemadmodum inter Electores Bavarum atque Saxonem pfo vtriusque iure in pricis moribus et consuetudine stablito, eueniente casu, conueniatur, legitimae illorum compositionis relinquit. vid. AVCTOR *des Europ. Herolds Part. I. p. 251.*

2) PACE PRAGENSIS de ao. 1635. §. Zu dessen allen würcklichen etc. verbi: es soll — aus allen Armaden eine Haupt- Armade gemacht werden, die soll heißen und genen-

in bello imperii, praesente Caesare vel Rege Romanorum, vniuersa in exercitu cedit iustitiae et politiae administratio, 3) eiusque copiae reliquas omnes praecedunt. 4) Quicquid, in bellico isto Archimareschalli imperio, illustres natales muneris S. R. I. Vexilliferi praeclare conspiciuntur. 5) Singularem Archimareschalli, in buccinatores Caesaris et statuum Imperii, protectionem aequae, ac imperium non incongrue hoc loco attingere arbitror. Nam et si illius imperio non ii solum buccinatores contineantur, qui in exercitu deprehenduntur, sed aequali iure palatinos subesse constat, illis tamen temporibus, quibus istius praerogatiuae origines quaerendae sunt, eosdem buccinatores in solemnitatibus aulicis et in bello adhibitos fuisse conicio. Dum igitur Buccinatores aulici atque militares sub auspiciis noui Imperatoris priuilegia sua, quorum sollicita illis cura esse solet, confirmari cupiunt, desideria primum summo ipsorum Protectori exponunt, 6) additis precibus, vt literas supplices, ad ipsum etiam Caesarem, intercessione sua comitetur. 7) Etenim clausula, priuilegiis Caesaris inferi solita, auctoritatem protectionis Archimareschalli luculenter demonstrat. 8) Nec minus, petentibus ipsis buccinato-

genennet werden: DER RÖM. KAYS. MAJ. UND DES HEIL. RÖM. REICHS KRIEGSHEER; Aus demselben Kriegsheer soll ein ANSEHNliches CORPS IHRER CHURCHURSTL. DURCHL. ZU SACHSEN ZU DERO HOHEN GENERAL-COMMANDO gelassen werden, die übrigen sollen immediate unter Kayf. Majest. Stehen etc. vid. LÖNDORP. *Ant. Publ. Tom. IV. p. 467.*

3) Quod plenissime intellegitur ex antiquissimo indiculo, in quo Archimareschalli munia recensentur, verbis: *Alle Verbrechen in dem Heer Straffet der Untermarschalch und hält die Gefänglichen in seiner Gewalt von des Churfürsten von Sachsen wegen.* conf. *KVLEN diss. cit. Sect. II. §. 3. b) p. 65.*

4) HARTM. MAVRI *Relat. de Coronat. Caroli V. vid. infra Obs. III. §. 1.*

5) AUCTOR des *Eurap. Herold P. I. p. 251.* adde MOSER *T. St. Recht. Th. XLV. pag. 450.*

6) Buccinatores quidem Dresdenenses; a reliquis omnibus mandato instructi, totam rem, nomine illorum, soli procurant.

7) Ita ab AVGVSTO II. Potentissimo Poloniarum Rege, manu propria, anno 1706 d. 18. Sept., literas intercessionales exartatas esse compertum habeo.

8) Priuilegio certe CAROLI VI. Imp. d. d. Vindobonae 1715. d. 15. Oct. haec clausula adiecta legitur: *Doch sollte diese ansehe ihnen den Hof- und Feld-Trompetern und Heer-Pauken gethawn Kayf. Gnade und ertheilte Bestätigung obbesagter ihrer Satzungen des Königs in Pohlen als Churfürstens zu Sachsen Liebden und Dero Nachkommen,* an

cinatoribus, decreta protectoria et confirmationes priuilegiorum ab Archimareschallo <sup>9)</sup> conceduntur. Quum autem inter eos controuersia enascitur, penes societatem buccinatorum Dresdensem (*die Ober-Cassa*) prima illa cognitio, cui buccinator primarius (*der Ober-Trompeter*) praefest, ac nonnulli intersunt Assessores.

## §. 6.

E prisca Comitiorum et Curiarum forma, curaque iustitiae et securitatis publicae Mareschallo mandata, fluxit ius Archimareschalli in legatos statuum ad conuentus imperii missos, quippe quos hodieque ab eius iurisdictione non profusus immunes haberi constat. <sup>1)</sup> Etenim, nisi curiarum et Comitiorum Saec. XVI. celebratorum spatium paucorum dierum <sup>2)</sup> absolutorum obscura esset historia, neque inconcinnis narrationibus plerumque niteretur, nube forsitan exemplorum probari posset, omnis generis controuersias in conuentibus imperii natas, auctoritate Mareschalli, compositas seu decisas fuisse. Nam vel tacitam certe Principum, negotii cuiuslibet imperii tractandi causa, congregatorum pacionem olim interuenisse haud temere coniiicitur, qua cognitionem de iis, quae in ipso eorum conuentu communem tranquillitatem aliquo modo turbarent, et iuris dicundi potestatem principi vni e gremio ipforum, Duci nimirum Saxoniae, eiusue

*an deren habenden Rechten und Gerechtigkeiten ALS DER TROMPETERN UND HEERPAUCKER HOHEN PATRON UND RICHTER unnachtheilig und ohne Schaden seyn etc.*

<sup>9)</sup> Singulae quidem omnium fere Electorum Saxoniae Confirmationes extant. Confirmatio AVGVSTI II. Regis data est. 1709 d. 25. Febr. AVGVSTI III. Regis 1734 d. 2. Novbr.

<sup>1)</sup> In hanc enim sententiam recte scribit KYLPISIVS *er. de Legationibus Statuum*

*Imp. Cap. 21. §. 4. p. 588. In imperio, inquit, aliter dicendum est; in Comitibus enim EX INSTITVTO VETERI, nomine Archimareschalli haereditarius Mareschallus in eos (sc. Legatos) eorumque familias iuris diuisionem habet.*

<sup>2)</sup> Ultra mensis spatium Comiticia protracti vetat R. I. de ao. 1495. von *Handhabung Friedens und Rechten* §. 2. in der SAMML. DER R. A. Tom. II. pag. 12. edit. *Francof.*



eiusue ministro, iure feudi palatini, a Caesare et Imperio vniuerso, in Ipsum collati, exercendam relinquerent. Praerogatiuae etiam, tam egregia origine effulgentis, auctoritatem diuturna possessio praeclare firmavit. Sane nec iuribus Statuum vniuersis, nec Legatorum immunitati, continuato iuris eiusmodi singularis vni inter ipsos antiquitus collati exercitio, quidquam detrahitur. Subesse hic videtur talis diuersitas, quae regulam magis confirmare possit quam tollere. Conueniunt cum Caesare Status in Curiam vnā: Non ablegant singuli ad aulam alterius, neque cuncti ad alium. Et recens ipsamet aetas exempla vidit iuris, libenter id volentibus partibus vel illis etiam inuitis, ab Archimareschallo pronuntiati, atque id generis nonnulla ex scriiniis Mareschalli Imperii in scripta publica manarunt. 3) Ex iis denique, quae modo praefati sumus, dum Iudicium Imperiale Aulicum in Legatos Statuum, in aula Caesarea degentes, repugnante illo immunitatis iure, quod Legatis Electorum et Principum Imperii in Caesaris aula non minus ac in alia quacunque, vbi cum Imperatore Status non sunt congregati, et Electoralibus quidem cum insigni praerogatiua 4) competit, aliquam iuris dicundi potestatem ad se trahere studuit 5) diuersitatis ratio penitus intellegitur.

## §. 7.

Iurisdictionem in vniuersum Caesaris, Statuum, Legatorumque comitatum, qualis intra urbem degit, in qua conuentus

3) Gründl. Beweis etc. in FABRI Staats-Canzl. I. c. pag. 694. sq.

